

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma Quo Ad Sacrum Exequiale, Manibus sanctis Viri ... Dn. Ernesti
Cothmanni ... Hodierna Dominica Iubilate eiulando, adornandum, Decanus Et
Doctores Iuridici Ordinis In alma Rosarum Academia ... Omnes Omnia Ordinum
Academicos Cives invitant**

Rostochi[i]: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746958285>

Druck Freier  Zugang





Kl. 241. (2.) <SON>



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746958285/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746958285/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746958285/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746958285/phys_0004)

DFG

Programma,
Quo
AD SACRUM EXEQUIALE,
Manibus sanctis

VIRI

MAGNIFICI, CONSULTISSIMI

DN. ERNESTI
COTHMANNI,

JCti incomparabilis, GANCELLARIE
Megapolitani desideratissimi, Antecessoris
celeberrimi,

Hodiernâ Dominica FUBILATE ejulando,
adornandum,

DECANUS ET DO-
CTORES JURIDICI ORDINIS IN
almâ Rosarum Academia obitum Collegæ integerrimi, Senioris,
Præceptoris & Parentis honorandi, acerbè & piè lugentes
super missam debitam contestantes, suo & heredum to-
tiusq; familiae nomine,

OMNES OMNIUM ORDINUM ACADEMICOS
Cives invitant.

ROSTOCHI

Excusa literis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXIV.

2

DECANUS ET COLLEGIUM JURIDICUM ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS.



Uxit hactenus Academia
hæc cùm multis, tùm verò duo-
bus luminibus corruscis, ceu stellis lu-
cidissimis, imò Numinibus terrestri-
bus JOANNE AFFELMANNO
Theologo, ERNESTO COTH-
MANNO JCto, Magnis, Guestpha-
lis oculatissimis, quorum istum Mar-
tio seu potius Mortio mense nobis e-
reptum nondum eluximus, hunc verò Aprili subseqno humandum
acerbissimo dolore nunclugere incipimus. Aprilis hicce vernan-
tes terræ portos aperiens, mundum pingens & exhilarans, in nos Ca-
taractas dolorum effundit, fluctuum & abissorum reciprocationes
& mutuas quasi inclinationes, (Psalm 42.) concitat Academiam,
hancce inundat, concutit & tantum non pessundat. Luce fugacè
nox succedit, litteratis pulsis barbaries ingruit, Tibicinibus sub-
tractis peristylum concidit & Professoribus fidis è medio sublati
Academia languet, inclinat omnibusq; partibus fatisficit. Volgus,
fatuorum & sapientum obitus pari jure censer, inquit Ecclesiastes,
c. 2. Justum colligi & malis subduci, nec à quoquam adverti ait di-
vinus Vates (Esa. 57.) Ast nos mortes piorum adventantis periculi
& poena præfigas & prænuncias esse, non ex voce bovis tempore
Punici bella *Cave tibi Roma* mugientis, nec garritu cornicis interi-
tum Domitiani prædicens, sed verbo JEHOVÆ cotidiè in auribus
nostris resonante didicimus, imò sàpius experti etiamnum ingemi-
scimus

scimus. Aquilis Ecclesiarum & Scholarum parastatas cum sacra-
tum prophane comparant Pandectæ. Istarum verò adyolatus ue-
faustum, ita & avolatus sinisterrimum semper, teste Alexandro, fuit
habitum augurium. Paucis ab hinc annis aquilæ complures terrestris
hujus Academizæ percœlæ in cœlestem penetrarunt. Hasce nunc
fœces mundanas pariter, fastidiens perniciibus pietatis & famæ alis
enitens, subsequitur Aquila nostra, decus nostrum, litteratorum
Princeps, virtutis dictator, & JCeorum phœnix. Magnificus & Con-
sultissimus Vir, ERNESTUS COTHMANNUS, quem ex
oculis nostris subductum dum cernimus, currum & equites nostros
nobis erexit esse cum Prophetâ Magno, haud immerito inclama-
mus. Certè nos, qui fidem, industriam, dexteritatem Virti hujus
multis modis probavimus, qui præceptorem eum agnovimus, qui
eum Achatem, Theseum, Atlantem, imò Herculem coluimus, eun-
dem opinione citius occidisse animitus plangimus. Dona & virtu-
tes, quibus JEHOVA virum hunc beatum cumulavit, referre si co-
nemur, verendum, ne quis Antalcidas Philosophus existat, & fru-
strâ laudari, quem nemo reprehendere ausit, vel Crispus exsurgat,
& quod laudari satis nequeat, silentio potius involvendum esse obji-
ciat. Attamen pij Manes exposunt panegyrin parentalem, quam
cum pagina hacce haud capiat, Διπλεωσιν viri tanti levi tantum &
quidem tali stylo, quem pectus singultibus obstitum eliquat, delibas-
se sufficiat. In JCo & Cancellario Æmilius Probus, Natalium, in-
tegratis & eruditioñis splendorem requirit. Omnibus hisce do-
cibus non tantum, sed multò pluribus fulsit & coruscavit COTH-
MANNUS noster. Patriam enim habuit non Arcadiam ulti-
mamve Thulen, sed ingeniorum optimorum genericem & efforma-
tricem fertilem Westphalam, urbem non Ithacam asperrimis saxu-
lis tanquam indulum affixam, sed Lemgoviam Lippiaci Comitatus
Metropolin, Parentes non Thersites, sed patria & consulari digni-
tate jam aliquo seculis conspicuos. Natus etenim est viro Amplissi-
mo DIDERICO COTHMANNO dictæ Lemgovieasis
Reipub. Consule meritissimo, matre matrona honoratissimâ CA-
THARINA GROTHENIA, viri prudentissimi DIDERICI
GROTHEN, Consulis ejusdem Reipub. spectatissimi filia & A-
LEXANDRI GROTHEN, itidem quondam Consu-
lis, Religionis purioris, quâ etiamnū Urbs dicta, per Dei gratiam

scitur, primi, post Papistici iugi excussionem, instauratoris, & Re-
formatoris, aeternum laudatissimi. Hisce parentibus, ceu nobili
utrimq; radice generosa hæcce E R N E S T I N A propago Anno 1557.
V I. Decemb. progerminans & primâ statim balbutie vernans, vera
pietatis & rectæ institutionis sensim suffora & stipata adminiculis, in
Schola patria in magna spei surculum excrevit, qui cum pro planta-
rum nobiliorum indole primævâ terra haud contentus, succi me-
lioris aliundè attrahendi desiderio, transplantari atq; itâ felicius &
maturius florere amavit. Cui honestæ cupidini parens, annuens fi-
lium huncce, genitrice optatissima Anno 1561. 14. Nov. orbatum, pri-
mo in Gymnasium tunc temporis celebre Dusseldorpianum ablega-
vit, Unde is bonarum litterarum fundamentis solidè jactis Acad-
emiam Julianam, Marpurgensem & alias Germaniæ Musas salutavit.
Imprimis verò Themidi se totum mancipavit, eiq; ductu præcepto-
rum fidelissimorum imprimis Nicolai Vigelij, Valentini Forsteri,
Regneri Sixtini, aliorum ov̄ȳc̄w̄ ejus ævi, adeò dextrè & indu-
striè licavit, ut ante tempus & ætatem mystis primoribus accensere-
tur. Parens de tām felici filij successu & progressu sibi gratans, eun-
dem divino motu instinctu ceu Rosam Lippiacam in Rosetum hoc-
ce nobile Megalburgicum transponi desiderans, Academia huic no-
stræ donavit, in quā Rosa ista statim fragrantiam suam itâ sparsit, ut
ad ejusdem suavem nominis odorem studiosi juris non secus ac mu-
scæ agminatim advolarent. Juvenis enim adhuc præceptores in-
hac Academiâ ita audijt, ut & auditores cum laude docuerit, & ex
Collegijs suis, ceu ex equo Trojano infinitos viros Doctos, Aula-
rum post & Curiarum præsules magnos eduxerit. Unde alma hæc-
ce mater Academia alumnum huncce laboris, digno præmio haud
defraudavit, sed Anno 1584. Dibitorie & Decano Viro Consultissimo HINRICO CAME RARIO, insulâ Doctorali decoravit,
quā redimitus, Witenbergensem insuper Academiam invisit, in quā
licet amicos & patronos, imò virtutis & eruditioñis admiratores,
& inter eosdem Vitum Winsheimium JCtum reperisset, tamen
Rhodopolin ille velut nativum Rosæ hujus solum singulari fato re-
diturijt, & huc reversus à studiosis non tantum ab ejus ore penden-
tibus, veluti Pater, à Professoribus ut filius & frater desideratissi-
mus amplexibus receptus, nec unquam dimissus, sed & auspicijs fe-
licissimis Anno 1586. Mense Septemb. connubiali foedere virginis le-
gitimæ

Etsimæ pudicissimæ ELISABETHÆ HEINIÆ, viri Magnifici, consultissimi, FRIDERICI HEINII JCti, antecessoris quondam hujus Academiæ, Ducalis itidem Consiliarij & Reipub. hujus Consulij & Syndici integrissimi & laudatissimi filiæ, Consultissimorum & Clarissimorum virorum, JACOBI, ALBERTI, HINRICI fratrum Juris Doctorum, & M. STEPHANI HEINIORUM, collegarum & amicorum nostrum sorori, Viduæ nunc mæstissimæ junctus, cum quæ totos 38. annos adeò concorditer, vivit, ut Viriplacæ templum inire, vel in gratiam, quæ nunquam vel leviter lœsa fuit, redire necesse haud fuerit. Expertus est conjugij dulcedinem amaritudini mixtam. Liberos namq; ex eo sustulit quinq; filios nimirum quatuor & filiam unicam. Gnatorum primus Anno 1588. 13. Octob. natus, eodem die Christo renatus & denatus est. Secundogenitus Didericus Anno 1590. lucem hanc aspiciens, eisdem usq; ad Annum 1605. feliciter fruiscens patrissare incipiens, in ipso flore ætatis fatis cessit. Tertius filius Fridericus avo materno ὄμώνυμος Anno 1597. natus etiamnum superstes, patriæ virtutis æmulus, qui iustratis plerisq; Germaniæ celebrioribus Academijs, à patre veluti ejusdem adventantis senectæ scipio, revocatus, ejusdem vestigia haec tenus sedulo lectatus, præcepta veneratus est, & ex cineribus phœnicijs paternis redivivum puillum nobis pollicetur. Quartus filius Anno 1587. 29. Aug. ipso enī extinctus est. Filia vero unica ANNA omnium matronalium virtutum splendore conspicua matrimonio auspiciatissimo, Viro consultissimo LAURENTIO STEPHANI J. D. & Professori, nec non illustrissimi Principis nostri, Dn. JOANNIS ALBERTI Ducis Megapolitani Consiliario intimo, Collegæ nostro observando juncta, ex quæ avus nepotes duos, nepotes sex, ex ijsq; Ernestum, Margaretam, Elisabetham & Annam superstites vidit, nepotes relinquas duas cum nepote cœlites ad æternam quietem præmisit. Toto Conjugij tempore totus in laboribus fuit, publica privatis præculit, causidicinam vulgarem licet præmijs invitatus, aversatus tamen est. Dn. Soceri sualu & naturæ prono ductu Consilijs scribendis operam impedit, adeoq; gnaviter & insigniter præstat, ut à Regibus, Principibus, Urbibus, Nobilibus consultus oraculi loco, ejusq; domus Provinciæ hujus velut Museum & Q. Multij Scævolæ palatum fuerit. Hinc anno 1587. à Divo Udalrico Duce Megapolitano in numerum

merum Consiliariorum adscitus, afferor Areopagi Megapolitani se-
cularis & Ecclesiastici delectus, Collegam nactus Magnum istum
JACOBUM BORDINGUM Cancellarium, ab eodem fraternè adamans
tus, spartam sibi commissam ita exornavit, ut Principis istius Cle-
mentiam interruptam & illibataam sit expertus. Quin etiam Divo
Udalrico Anno 1603, Mense Martio defuncto & regimine ad fratrem
Carolum devoluto, in priori statione D. COTHMANNIS non tan-
tum permanxit, sed & ab eodem successori suo Reverendissimo Prin-
cipi ac Domino, Du. JOANNI ALBERTO non secus ac alter Zopirus
comendatus, talisq; re & facto probatus, ad Cancellarij munus etiam
invitus est electus, seu potius perractus est: Quod tamen suscipiens
divinâ suffultus ope adeò masculè obiit, ut non minori in precio à
Principe, quam ab Alexandro Severo Papinianus vel Ulpianus, nec
tam pro Cancellario, quam pro patre habitus fuerit. Agnovit quip-
pe optimus princeps singulare Dei, teste Ecclesiastico, donum esse,
bonum Cancellarium, felicemq; eum à Davide reputari, qui ani-
mum ad eundem converterit. Emulatus eo ipso est optimus Prin-
ceps Reges & Magnates cordatos, qui omni ætate Cancellarios &
Consiliarios, non politicos, nudos discursus, rationesq; status cre-
pantes, sed Jctos veteranos, usu & experientia efformatos, summo
studio conquisiverunt, conquisitos audierunt, auditos amarunt, ho-
norarunt. Agamemnon Nestores potius, quam Ajaces optabat,
Trajanus Neratium, Adrianus Salvianum, Alexander, Theodosius,
Justinianus omnesq; cordati Imperatores Jctos sacris scrinijs præ-
fecerunt. Et certè Cancellarius hic noster dotibus suis eximijs o-
mnium amores sibi conciliavit. Quicquid enim in Jcto rarum, in
Consiliario singulare laudari potest, id natura huic soli assatim &
largi veluti manu contulit, adeò, ut quod multis Canonibus de offi-
cio Cancellarij, Consiliarij, Consultoris boni & antecessoris fidelis
hinc inde descriptum reperitur, in COTHMANNiana imagine ex-
pressum exhibeat. Quid in Academia & pro eadem præstiterit,
nobis silentibus, monumenta præclara loquantur, nec ulla abo-
lebit oblivio. Molem certè laborum adeò immensam susti-
nuit, ut, quod de Achillis armis Homerus scribit, ea, Achille defun-
cto à nullo moveri potuisse, de armis togatæ militiae COTH-
MANNIANIS dici haud immerito queat. Nec verò juris
tantum scientiâ polluit, nec Codicis professor Justinianum Co-
dicem

dicem tantum explicavit, sed & sacrum quoq; Codicem & Patres, ac inter eos Augustinum assidue evolvit, adeoq; calluit, ut quod Cicero de se gloriat, triduo se J.Cum fore, id meritissimo jure sibi in Theologiâ, vindicare potuerit. Hoc studium maturimæ imprimis atati reservavit, eoq; animum adversus omnes calumniarum insultus obfirmavit, moriens animam pavit, & quam homines natura pavent, mortem nimirum, hanc ille lucro sibi duxit. Ut verò COTHmannus noster, dum vixit, Principi Cancellarius optatissimus Academiæ defensor imperterritus, Facultatis Juridicæ Senior venerandus, Conjugi nunc viduæ maritus dilectissimus, liberis parens mellissimus, fratri viro consultissimo JOANNI COTHMANNO, Collega & frater integerimus exstitit, ita ejusdem præmaturus obitus omnibus prædictis mætorem acerbissimum peperit. Illustrissimus Princeps clementiam, quâ vegetum & valentem, Cancellarium semper est prosecutus, eandem erga ægrum & languentem probavit. Quicquid alexipharmacæ, panchresti & panaceæ in thecis habuit, promptè suppeditavit, Æsculapij vires & artem insuper optavit, sed vis morbi artem omnem superavit. Valerudine enim à primis conjugij annis ob labores adsiduos, & fortassis paucis imitabiles, vixit imbecilliore, quam tamen decenti victus ratione & medicamentorum usu, deinceps ita emendavit, ut quotidie vegetior & vividior appareret, ac quâ facultates corporis & animæ earumq; actiones sati expeditus esset, nisi quod multis annis pertinacior alvi durities, procul dubio à vita sedentariâ, & perpetuâ in gravissimis causis dignoscendis & decidendis curâ, forta & aucta maneret, quam sâ penumero emollientibus alijsq; medijs dissolvere in primis opus habuit. Quo modo Dei gratia contigit, ut hactenus, decursu aliquot supra viginti annorum, mediocri valetudine prædictus fuerit. Ante quinque annum tamen Hypochondriacæ & Scorbuti nonnunquam insultus, cum vertigine per intervalla molestâ expertus fuit, i quibus similiter liberatus revaluit, & ad pristina munia, quibus beundis in ipsis sâpè morborum paroxysmis sele impigerimum præstisit, feliciter reversus est. Seusit verò paullatim continuis ictis & Herculeis ferè laboribus nativum calorem minui, & facultates naturales, imprimisq; ventriculi, quem toti corpori famulari oportet, cuiusq; detrimentum in Epidem. dicebat Hippocrates, subinde magis magisq; vacillare, & officium suum minus recte facere. Qno factum, ut non raro inflationi & doloribus inferioris ventris obnoxius redderetur, quibus sedandis, quoties debita remedia adhibebantur, ista non parum prosumpta visa sunt, donec non ita pridem, ob sarcum alvi molestissimam retentionem, immensa flatuum copia coacervaretur, qui exitum non reperientes intestina enormiter di-

stende-

stenderunt, & cruciatus acerbissimos totius abdominis excitarunt. His quodammodo mitigatis, quem nihiloseius maxima virium imbecillitas perseveraret, & in naturā jīm cunctis suis partibus labefactatā sibi nihil esse præsidij, neq; tantillum in Arte medicā spei, sed omnia inclinare ad finem ultimam, quam prorogare nullius diligentia posset, ipse metā æger, ut portē rerum medicarum imprimis gnarus, animadverteret, maximā animi tranquillitate, & ab omni perturbatione liberā mente, totum sele convertit ad Servatorem generis mortalium unicum Dn. nostrum Jesum Christum, atq; fiduciam in ipsum suam & ore & omnibus rebus testatam fecit viatico salvifico sanguine & corpore Emanuelis nostri animam instruxit, sicq; se ad vitā exitum patientissimè paravit, neq; quidquam istorum neglexit, quæ tali tempore transigenda erant viro sapientissimo & piissimo; quod sciunt & sanctè dicere possunt, quorum lacrūma & preces beatissimam ejus animam ex his corporis compedibus in æternam patriam migrantem ingenti luctu sunt prosequutæ. Vivit nunc & omīssā mortalitatis sarcinā ad originem sui reversus, supraq; omnem invidiæ nubem positus est, famā fruiatur, quam meruit, felicitate potitur, quam quæsīt, vivere ibi cepit, ubi clarere nunquam desinat, ubi nulla Serenum umbra turbabit:

*Absint itaq; inani funere naniæ
Luctusq; turpis & querimonie.*

Superest, ut justa Collegæ Patri & Praeceptoris communi debita solvantur. Lex 12. tabularum viris, quos merita in cœlum vocarunt, delubra erigi jubet. Mario, ob scholam monetariam apertam populus Romanus auream statuam cum perpetuis ardentibus cereis, similemq; memoriam Hermiodoro Ephesio, ac Servio Sulpitio decrevis. Par certè, si non major honos COTHMANNO Herculi Academicō debetur. Ast Manes pī litterarijs monumentis ipsis etiam pyramidibus Ägyptiacis vivacioribus cōtēnti, solemnem tantum Exuviarum terrestrium ad dormitorium deductionem postulant. Ad quam, quotquot estis Cives Academicī genuini, dūm vos invitamus Metelli funeralis Scipionis Ämilianis præconiā voce meritō utimur. Concurrite Cives, Mœnia urbis conciderunt. Concurrite nunc ad tumulum jacentis, ut soliti estis confluere ad pulpitum docentis. Concurrite, inquam, ad urbis meditullium, in quo urbis conditoribus ἐμφίλοι τέραt adornari solebat, in æde Divæ Mariæ sacrâ convenite, illoc hodiè horā media I. Musagetēn vestrum stipatā catervā deducite, ad similem ex hac vita exitum pectus mature p̄parate, JEHOVÆ Academiam, Urbem, Provinciam pīs precibus commendate. P. P. Dominica Jubilate Anno 1624.




5 (S) 25



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746958285/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746958285/phys_0013)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746958285/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746958285/phys_0015)

DFG

temporis D E O mirabiliter dirige
Etam, Patriam suam Helyetiam, Pra-
linquens in Romanum imperium
sincerum verbum DEI pro germina-
vir juvenis, Linguarum, Historiarum
os, (cujus amore cum primis flagraba-
incubuit, ita ut Imperator Caiolu-
Poetica, in quibus inter alia egregi-
niae descriptis, non sine singulari an-
stante Cæsaris documento) legit, ac
reâ, quæ tum magna erat dignitas, e
occasione stemma Nobile Fidlerianum
Album Nobilium Romani Imperii
& ultra, pro placito Cæsareo coopta-
tem utriusq; sexus derivandum, p
renovavit. Huncq; meum præno-
licem Fidlerum ob singularem eruditio-
ingenij & animi Heroici dotes, pro-
buit. Hac Nobilitate quamvis no-
gratiâ Domini mei Jesu Christi, in i-
menter mihi immerito concessâ:
pudet, sed magis me nobilitare ci-
S. S. Ministerium, ad quod Domini
ministrum suum destinavit. Hæc
summa dignitas, omnes humanas di-
titulos superans.

Natus autem sum Ego CONS
LERUS, Dantisci Anno 1579. 6. I
tina Patre VALERIO FIDLERO
re, quondam Ducis Prussiæ Archi-
Alberti Friderici Consiliario, M
gard præclaræ Familiæ, & insignium

A 2



mē dete-
jos dere-
am, ubi
enit, ceu
& Poëse-
ligenter
opera.
Germa-
tate (te-
ltrò lau-
rit, & hac
cum, ad
centum
osterita-
Cæsareo
vum Fe-
ræclaros
ario ha-
sed solâ
erio cle-
jesus non
ogiam &
avit, &
as: hæc
onorum

IS FID-
tâ matu-
e Docto-
ij Ducis,
d Herm-
atronâ,
qua